

ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, πα-
 θητὸν σαρκί, τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι. ὡς γὰρ ἔστιν
 ἐν θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ ἐν ἀνθρωπότητι
 τέλειος. τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν δεχόμεθα καὶ
 ὁμολογοῦμεν. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λό-
 γος τοῦ Θεοῦ, ὁ πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πα-
 τρός γεννηθεὶς αὐτὸς καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν
 κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθείς ἐκ πνεύμα-
 τος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ θεο-
 τόκου Μαρίας καὶ ἐνανθρωπήσας, τουτέστιν ὁ κύριος
 ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεὸς
 ἔστι· διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν ἐνδόξον ἀειπαρθένον
 Μαρίαν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν μητέρα Θεοῦ λέγο-
 μεν, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν ἐξ αὐτῆς λα-
 βόντος, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντος ἐκ
 τῶν οὐρανῶν καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος καὶ τεχθέντος
 καὶ ἐνανθρωπήσαντος, ὃν ὁμολογοῦμεν, καθὰ εἴρηται,
 ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοού-
 σιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν^{d)} κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τοῦ αὐ-
 τοῦ τὰ τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἐκουσίως ὑπέ-
 μεινε σαρκί, γινώσκοντες. Ταῦτα τοίνυν ἔστιν, ἅπερ
 διὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἰρηκότες ἐδίκτου τοὺς αἰρετικούς
 ἠλέγξαμεν, ὅτινι θεῶ ἐδίκτω καὶ πάντες οἱ εὐρεθέντες
 ἐνταῦθα ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι καὶ εὐλαβέστατοι ἀρχι-
 μανδριταὶ ἅμα τῇ σῆ ἁγιωσύνη καθυπέγραψαν, ἀκο-
 λουθοῦντες διὰ πάντων ταῖς ἁγίαις τέτταροι^{e)} συνό-
 δοις καὶ τοῖς παρ' ἐκάστης αὐτῶν διατυπωθεῖσιν, τοῦτ'
 ἔστι, τῆς ἐν Νικαίᾳ τῶν τῆ καὶ τῆς ἐν ταύτῃ τῇ βα-
 σιλευούσῃ πόλει τῶν ρν' καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ προτέρας
 καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι, δήλου πᾶσι καθεστῶτος, ὅτι
 τὸν πᾶσι τοῖς ἅμα ἡμῖν πιστοῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς
 καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας παραδοθέντα ὄρον τῆς πί-
 στεως, τοῦτ' ἔστι τὸ ἅγιον μᾶθημα ἧτοι σύμβολον
 κρατοῦμέν τε καὶ φυλάττομεν, τὸ παρα τῶν τῆ ἁγίων
 πατέρων ἐκτεθέν, ὅπερ καὶ οἱ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευ-
 ούσῃ πόλει ρν' ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν,
 οὐχ ὡς ἔλλειπῶς ἔχοντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ τῆς
 ἀληθείας ἐχθροί, οἱ μὲν ἀθετεῖν ἐπεχείρησαν τὴν τοῦ
 ἁγίου πνεύματος θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀει-
 παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν
 τοῦ Θεοῦ λόγου ἠρησάντο, διὰ τοῦτο γραφικαῖς μαρ-
 τυρίαῖς τὸ αὐτὸ ἅγιον μᾶθημα οἱ εἰρημένοι πατέρες σα-
 φηνίσαντες ἐτράνωσαν. τοῦτο καὶ αἱ λοιπαὶ ἅγιοι σύνο-
 δοι, τοῦτ' ἔστιν ἡ ἐν Ἐφέσῳ προτέρα καὶ ἡ ἐν Χαλκη-
 δόνι, τῇ αὐτῇ πίστει ἀκολουθήσασαι ἐδέξαντο καὶ
 ἐφύλαξαν καὶ τὴν ἁγίαν ἐνδόξον ἀειπαρθένον Μαρίαν
 θεοτόκον ἐκήρυξαν καὶ τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὴν
 θεοτόκον ἀνεθεμάτισαν. ὁμοίως δὲ ἀνεθεμάτισαν καὶ
 τοὺς ἕτερον σύμβολον ἢ ἅγιον μᾶθημα παραδιδόντας^{f)}
 παρὰ τὸ ὑπὸ μὲν τῶν τῆ πατέρων ἐκτεθέν, σαφηνι-
 σθέν δὲ καὶ τρανωθέν παρὰ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευ-
 ούσῃ πόλει ρν' ἁγίων πατέρων. καὶ ἡ μὲν ἐν Ἐφέσῳ
 προτέρα τὸν τε ἄσεβῆ Νεστόριον καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα
 καθεῖλέ τε καὶ ἀνεθεμάτισε^{g)}. καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ
 φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ τοὺς συναινέσαντας
 αὐτῷ ἢ καὶ συναινοῦντας, καὶ πάντας τοὺς αἰρετικούς
 καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας
 ἢ φρονοῦντας ἀνεθεμάτισεν. ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία
 σύνοδος καθεῖλέ τε καὶ ἐξέβαλε τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκ-
 κλησιῶν καὶ ἀνεθεμάτισε καὶ τὸν ἄσεβῆ Εὐτυχέα καὶ τὰ
 αὐτοῦ δόγματα καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρο-
 νοῦντας καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας
 καὶ πάντας τοὺς αἰρετικούς καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα καὶ

idem etiam in humanitate perfectus est. Unionem enim
 secundum personam accipimus et confitemur. Quoniam
 igitur unigenitus Filius et Verbum Dei ante secula
 et sine tempore Patre natus in ultimis diebus descen-
 dit de coelis et incarnatus e Spiritu sancto et sancta
 gloriosa semper virgine et Dei genitrice Maria et homo
 factus, hoc est, Dominus noster Iesus Christus pro-
 prie et secundum veritatem Deus est: propterea etiam
 sanctam gloriosam semper virginem Mariam proprie
 et secundum veritatem Dei matrem dicimus, non quod
 Deus Verbum initium ex ea sumpsit, sed quia in no-
 vissimis diebus descendit de coelis et ex ea incarnatus
 et natus et homo factus est, quem confitemur, uti di-
 ctum est, eiusdem naturae cum Patre secundum divi-
 nitatem et eiusdem naturae nobiscum eundem esse se-
 cundum humanitatem, eiusdem miracula et cruciatus,
 quos ultro carne sustinuit, agnoscentes. Haec igitur
 sunt, quibus divino nostro edicto haereticos refutavi-
 mus, cui divino edicto et omnes hic reperti sanctis-
 simi Episcopi et prudentissimi Archimandritae una
 cum tua sanctitate subscripserunt, sequentes per omnia
 sanctas quatuor Synodos et illa, quae ab unaquaque
 earum definita sunt, hoc est a Nicaena CCCXVIII
 patrum et a Synodo in hac regia urbe CL patrum
 et a priore Ephesina et a Chalcedonensi: quum ma-
 nifestum omnibus sit, nos regulam fidei omnibus si-
 mul nobiscum fidelibus sanctae Catholicae et Aposto-
 licae Ecclesiae traditam, hoc est, sanctam formulam
 seu Symbolum tenere et custodire a CCCXVIII san-
 ctis patribus expositam, quam et in hac regia urbe
 CL sancti patres apertius explanarunt, non quod vi-
 tiosa esset, sed quia veritatis hostes partim subver-
 tere tentaverant sancti Spiritus Deitatem, partim ve-
 ram incarnationem Dei Verbi ex sancta semper Virgine
 et Dei genitrice Maria negaverant, propterea scriptu-
 rae testimoniis idem sanctum symbolum dicti patres
 apertius exposuerunt. Hoc etiam reliquae sanctae
 Synodi, hoc est, Ephesina prior et Chalcedonensis,
 eandem fidem sequentes acceperunt et custodierunt et
 sanctam gloriosam semper virginem Mariam Dei ma-
 trem pronunciarunt et eos, qui non confiterentur eam
 Dei matrem, anathemate damnarunt. Similiter autem
 anathemate damnarunt etiam eos, qui aliud Symbolum
 sive sanctam fidei formulam traderent, quam Symbo-
 lum a CCCXVIII patribus expositum, explanatum au-
 tem et illustratum in hac regia urbe a CL sanctis
 patribus. Et Ephesina quidem prior Synodus impium
 Nestorium et dogmata eius sustulit et anathemate dam-
 navit eos, qui eadem cum eo senserunt et sentiunt
 et qui consenserunt ei vel etiam consentiunt, et omnes
 haereticos et eorum dogmata et eos, qui cum iis ea-
 dem senserunt vel sentiunt, anathemate damnavit.
 Chalcedonensis autem sancta Synodus sustulit et expul-
 lit sanctis Dei ecclesiis et anathemate damnavit etiam
 impium Eutychem et eius dogmata et eos qui ea pro-
 barunt vel probant et qui consenserunt ei vel consen-
 tiunt, et omnes haereticos eorumque dogmata et eos,
 qui ea probarunt vel probant. Similiter autem ana-
 themate damnavit etiam Nestorium et dogmata eius et
 eos, quia ista probarunt vel probant et qui consense-
 runt ei vel consentiunt. Eadem Chalcedonensis san-
 cta Synodus epistolam magni Procli ad Armenios scri-
 ptam de necessitate dicendi, Dominum nostrum Iesum

d) ἡμῖν deest quidem in Cod. Coisl. sed hic inserendum esse, tam ex praeteritis patet, quam en L. 7. C. I. 1. e) Cod. Coisl. τέτρα. f) In L. 7. C. I. 1. παραδιδόντες. g) Cod. Coisl. ἐθεμάτισε. Sed L. 7. C. I. 1. recte ἀνεθεμάτισε.